Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



15

Ducimus umbras figuras et enigmata scripturarum necnon et sophisticas locutiones cauillationesque verborum et implicita aenigmata quae omnia interim veritatis lumen obumbrant. Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus. Cum aspirante die, minimabunt umbrae quia occupante omnia luis plenitudine nulla pars superesse poterit tenebrarum. Denique cum venerit quod perfectum est euacuabitur quod ex parte est. Hactenus de hoc sufficere poterat si spiras dies illa et non aspirans sufficit. Nunc vero licet pro tantillo additamento adhuc aliquid addendum existimo minimum pro mue stiquida hodiernitatis ratione. Ego enim vt cum fateor tam olim mihi persuasi in sacri pretiosique eloquii textu ne modicam quidem vacare particulam. Volemus aut hac voce vti tum vehementi aliquid desiderantes vt verbi vrea tum dicimus. Ille ad illum honorem vel illam dignitatem aspirat. Designatur itaque per hoc verbum mira affluentia affluentia, vehementiaque spiritus de illo, cui non solum corda, sed et corpora suo quidem in tempore spiritali exurunt et qui digni inuenientur inebriabuntur ab vbertate domus dei et torrente voluptatis illius potabunt. Dei aliter tum sanctis angelis dies sanctificat? diluxerit spiritans illis cuique impetu pretis meatus, melliflua sempiterne diuitatis arcana. Denique fluminis impetus letificat ciuitatem dei, sed ciuitatem eiu dicitur hic letantium omnium habitatio in te. Cum aut et nobis qui terram inhabitamus spiritate adiecerit erit non mo spiritans, sed aspiras quo dilatato sinu admittat et nos. Vel vt paulo altius repetamus et disseramus latius, plasmato homine de limo terre plasmator vt verax narrat historia spiraut in faciem eius spiraculum vite, factus prorsus illi dies spirans. Et ecce nunda nox tallide impetrit in diem hemi, luce utique simulata. Nam diu quidem splendidus lumen scientie pollicetur, inopinatus noue luci effundit prauii consilio tenebras et primordiis originis mee, tetram damnosa preuaricationis iniecit caliginem. Deinde nescierit neque intellexerunt in tenebris ambulant nescientes, ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras. Denique comedit de ligno mulier quod sibi dederat serpens, vetuerat deus, deditque viro suo, et cepit illis quasi de nouo diescere. Nam illico aperti sunt oculi amborum et factus dies conspicas, inspirantem extundens, et substitues expirantem. Conspiraverunt siquide et conuenerunt inuicem aduersus dominum et aduersus

207